cem non teneri supplere de facto, non enim tenetur, *leg. non quidquid* 40. *ff. de judiciis*, *l. . C. quomodo*, *& quando judex*, Alexad. *in l. 1. n. 6. C. ut qua desunt Advocatis*, tractat Speculator *lib. 2. titul. de disputationibus*, *& allegation. §. Satis clare 6. num. 14. & ad eum* Bald. *ibi addition. ultim.* Ego existimo sic distinguendum.

25 Aut est notorium, qualitatem exclusivam inesse actori, ut cum accusat mulier, quem esse mulierem, est notorium, & tunc judex ex officio debet excludere actorem, nisi probet se posse admitti, juxta doctrinam Andreæ de Isernia, quam confirmant tradita à Felyn. *in cap. exceptionem 12. n. 6. circa fin. de except. & ibid.* Panorm. *num. 7. ubi additio.* Aut est dubium, an insit actori qualitas exclusiva, ut si quis accusaret tanquam frater, vel tanquam hæres, stante statuto, quod quis non possit accusare, nisi prosequendo suam, vel suorum injuriam, aut proprium interesse, ut est in Regno Neapolitano, Rit. 191. & 102. ad quos notat Carav. & Maranta *in prax. 6. part. titul. de inquis. n. 59.* meminit Afflict. *in const. præsenti lege*, *n. 2. lib. 1. Rubr. 51.* Franch. *decis. 382. n. 8.* Jul. Clarus *lib. 5. sententiar. §. 1. num. 6. & §. fin. quæst. 3. n. 6. & quæst. 14. num. 12.* quem Ritum, & praxim vereor, ne correxerit *prag. uv. de privil. concessis Universitatib.* tunc judex non tenebitur ex officio repellere, nisi reus opponat, juxta sententiam Baldi, *& aliorum*, cui conciliationi ex parte videtur acquiescere Caravita *ad dict. Ritum 191. num. 7.*

26 Sublimita secundo prædictam tertiam limitationem, ut non procedat attento jure Neapolitano, quo constitutum est, ut quælibet requisita ad agendum in eo, qui agit nomine proprio, non sint probanda ante litis contestationem, sed in processu litis, & exceptio objecta actori carentiæ similis qualitatis, reservatur ad merita causæ, ac impedita litis contestatione. Sic statuitur *in Const it. Exceptione Filiationis*, ubi *gloss. verb. Filiationis*, ait per illam corrigi *dict. leg. non ignorat*, *Cod. de iis qui accusar. non poss.* quam sequuntur ibi Afflict. *ante num. 1.* Isernia *in princ.* Caravita *ad d. Ritum 191. num. 7.* Muscatellus *in prax. lib. 1. part. 5. gloss. reservatis*, *num. 8.* Quæ constitutio reducit resolutionem ad regulam prius propositam, ut sufficiat, eum, qui agit nomine proprio, probare se esse talem, qualem dicit in libello, durante judicio usque ad diffinitivam. Idem dicendum est de jure Castellæ, stante *leg. 10. tit. 3. part. 3. & ibi gloss. 1.* quæ lex concordat cum prædicta Constitutione.

27 Secundus casus est, cum quis agit nomine alieno tanquam procurator alterius, vel tutor, vel curator nomine pupilli, aut minoris. In quo communis est omnium DD. resolutio, necessarium esse, ut in initio litis, & ante illius contestationem exhibeat mandatum, & legitimet personam suam, ostendendo se legitimum procuratorem, tutorem, vel curatorem, alioqui obstabit exceptio, *tua non interest*, & poterit à judice ipso, ex officio à judicio repelli tanquam actione carens, Gigas *de pension. quæst. ult. n. 25. l. veluti 27. in princ. ff. de verbor. oblig. gloss. in l. ubi pact. 40. verb. Pœna*, *C. de transs.* Bart. *in l. si unus 28. §. Pactus ne peteret*, *n. 20. ff. de pact.* Alexand. *in l. 1. n. 6. C. ut quæ desunt. Advoc. jud. supp.* Pacian. *de prob. lib. 1. c. 57. n. 28. & seqq.* Menoch. *cons. 1244. n. 59. lib. 13.* qui ibidem cum multis, quos refert, animadvertit, procedere hoc etiam parte non petente, & tametsi videatur contradicere Scrad. *de feud. part. 10 in præamb. n. 33.* postea tamen *num. 37.* videtur consentire, & Muscat. *in prax. lib. 1. par. 3. gloss. actionis, n. 8. & 9.* Et hanc resolutionem amplectuntur *Scribentes in d. l. qui stipendia 9. C. de procur. & in l. 1. C. de act. & oblig.* & omnes relati *supr. n. 11.* & præter eos Isern. *in Const. Except. filiationis, verb. Except.* Afflict. *ibid. n. 1. vers. Sed quæro, & n. 1. lib. 2. Rub. 22.* Ratio autem videtur esse, quia iniquum est molestari, & fatigari quemquam in prosequutione judicii ab eo, qui fatetur, sua nihil interesse judicium prosequi, cum agat alieno nomine, & nihil proprium habeat, antequam constet habere ab alio, ut possit molestare reum, & se legitime agere, aut accusare alieno jure, *c. 1. de accus.* ubi notant Canonistæ. Alioqui calumniatoribus, & malevolis daretur occasio molestandi quos vellent, sub eo prætextu, quod alieno nomine agerent, sicque judicis authoritas, & judiciorum vis illuderetur, si spectandus esset litium finis, ut vel legitimaretur actoris persona, vel eam illegitimam esse constaret post molestiam, & injuriam, aut infamiam, damnaque rei familiaris per reos illata, cui per solam absolutionem non foret plene satisfactum. Ideo jure optimo de jure Castellæ constitutum est *in l. 2. & 3. tit. 2. lib. 4. Rec.* ne possit expediri citatio rei, cum producitur libellus contra eum alieno nomine, nisi producatur mandatum procuratorium, & examinetur per advocatum, qui asserat subscribens se à tergo mandati, illud esse mandatum legitimum, & sufficiens, ut procurator nomine mandantis agat, & *in l. 5. tit. 17. lib. 2. ejusdem Rec.* statuitur, ne Scribæ Cons. aut Regiorum Auditoriorum, consignent processus Relatoribus, quod faciant relationem coram judicibus, nisi mandata procuratoria sint approbata, & subscripta ab advocatis litigantium tanquam legitima: atque item, ne Relatores relationem faciant: nisi præcedat similis approbatio mandatorum cum subscriptione advocatorum, & earum constitutionum ibidem redditur eadem ratio, quam nos reddidimus. Et idem fere constitutum est de jure Neapolitano noviori, ut *in prag. 79. cap. 5. de offic. S. R. Cons. in noviss. compil.* Idem fere servatur in Cathalonia, ut observat Cancer *var. res. 2. par. cap. 14. n. 62.*

Amplia resolutionem hujus secundi casus, ut sit etiam 28
observanda, cum quis cessionarius procurator in rem propriam agit nomine cedentis, & mandantis, exercens tanquam ejus procurator actiones directas, quarum exercitium transfertur in ipsum per mandatum in rem propriam, nam tunc tenetur in initio litis, & ante ejus contestationem edere, & ostendere instrumentum cessionis ad legitimandam ejus personam, ob eandem rationem, qua adstringitur ostendere mandatum agens nomine alieno. Hanc ampliationem tradunt omnes allegati *supra*, *num. 11.*

SUMMA DISPUTATIONIS QUINTÆ.

1 *Exceptionum multa sunt genera, & primum est mere dilatoriarum.*
2 *Exceptiones dilatoriæ respiciunt judicem, aliæ litigantes, aliæ Libellum.*
3 *Aliæ sunt exceptiones peremptoriæ mere.*
4 *Aliæ sunt exceptiones anomalæ.*
5 *Exceptiones mere peremptoriæ apponendæ sunt post litem contestatam, & non sunt decidendæ ante sententiam diffinitivam.*
6 *Exceptiones dilatoriæ opponendæ sunt ante litis contestationem.*
7 *Inter exceptiones dilatorias, quæ respiciunt judicem, declinatoria, & recusatoria, ante omnes sunt opponendæ.*
8 *Exceptio declinatoria opponenda est ante recusatoriam.*
Decidenda est ante omnia, ibi.
Idem dicendum est de aliis dilatoriis concernentibus legitimationem personæ litigantis ibi.
Sententia illis non decisis est nulla, ibi.
Quamvis judex procedens ad ulteriora videatur rejicere alias exceptiones, id non habet locum in declinatoria, sed expresse, & specifice est decidenda.
9 *Exceptio declinatoria videbitur decisa per interlocutionem verbis generalibus factam, non obstantibus oppositis esse procedendum.*
10 *De exceptione declinatoria cognoscit judex coram quo opponitur, qui examinat, an sit sua jurisdictio, & limitationes, remissive, ibi.*
11 *Exceptio recusatoria ligat manus judicis.*
Quomodo sit proponenda, & quid in ea servandum, remissive, ibi.
Causæ recusationis, ibid. remissive.
12 *Proponitur difficultas de exceptionibus anomalis.*
13 *Exceptiones anomalæ cum de eis in continenti constat, statim sunt diffiniendæ, quando requirunt altiorem indaginem, reservandæ sunt in tempus diffinitivæ.*
14 *Idem servatur in dilatoriis, quæ respiciunt merita causæ.*
15 *An id sit intelligendum de exceptionibus intricatis in facto, an etiam in intricatis in jure.*
Dubium super facto eget termino, ubi vero factum est certum, expeditur causa sine termino, ibi.
16 *Exceptionem in jure dubiam posse reservari in finem litis, quorundam sententia.*
17 *Verius est, solum posse reservari in finem litis exceptionem in facto intricatam, non in jure, sed contrarium frequentius servatur, & ratio.*
18 *Exceptiones, quæ respiciunt processum, statim sunt diffiniendæ.*
19 *Quando dicantur exceptiones probari in continenti.*

20 *Quid*

20 *Quid significet dictio* Incontinenti.
21 *In arbitrio judicis situm est, quid dicatur* Incontinenti fieri.
22 *De jure Castellæ quid significetur per verb.* Incontinenti.
23 *Exceptiones præjudiciales quæ sint.*
24 *De jure Neapolitano quomodo accipiatur verbum* Incontinenti.
25 *Arbitrarium est judici, quænam exceptiones requirant altiorem indaginem.*
26 *Quomodo opponatur exceptio anomala cum proponitur tanquam dilatoria. Quomodo quando tanquam peremptoria.*
27 *Exceptio solutionis, acceptilationis, præscriptionis, tua non interest, sunt anomalæ.*
28 *Duæ formæ pronunciandi super reservatione exceptionum, animadversio* Afflict.
29 *An cum reservantur exceptiones, sit facienda de illis mentio in sententia.*
30 *An sit valida sententia, quæ non pronunciat super exceptione reservata expresse, etiam instante parte.*

DISPUTATIO V.

Quando in judicio sit reservanda decisio super exceptionibus allegatis in tempus sententiæ diffinitivæ: Quando vero statim, & ante diffinitivam sit super illis definiendum.

1 EXceptionum, quibus reus ab actore impetitus in judicio se defendit, multiplex est, & varia natura. Primum genus est (more Legistarum loquor) mere dilatoriarum, quæ opponuntur ad differendum judicium, non directo impugnantes actionem agentis: quasi per eas reus non directo velit negare, actorem favere justitiam in causa principali; sed veluti quodam diverticulo procuret actorem morari, ac detinere, & in aliud tempus, aut casum sententiam rejicere.

2 Hoc autem primum exceptionum genus in tria alia membra, seu species subdividitur. Nam quædam existis dilatoriis exceptionibus judicem respiciunt: ut declinatoria fori, aut recusatoria ob suspicionem judicis. Quædam ad litigantes referuntur, videlicet exceptiones legitimationis personæ (de quibus disputatione præcedenti) verbi gratia, exceptio objecta minori, quod agat sine curatore, vel quod tutor non implevit solemnia, quod procurator agat sine mandato, aut cum mandato minus sufficienti. Quædam tandem pertinent ad libellum, seu totam causam, ut exceptio, quod libellus sit obscurus, vel ineptus, aut exceptio pacti temporalis, de non petendo, aut exceptio, ante diem agis. De istis exceptionibus agit Speculat. *lib. 2. tit. de exception. & replicat. §. exceptionum 1.* ubi tradit divisionem exceptionum, *& §. nunc videndum 2.* Felin. *in cap. exceptionem 12. ex num. 7. de except.* Thusc. *liter. E. concl. 389. & 330.* Maranta *in speculo, part. 6. titul. de exceptione, nono membro judicii, ex num. 1.* Asinius *in prax. judicior. §. 13. cap. 1. & 2.* Paz *in prax. 1. tom. 1. part. 5. temp. ex num. 9.* Muscatellus *in prax. lib. 1. part. 3. gloss. & similia, num. 1.* Volanno *in Curia Philippica, 1. part. §. 13.* Villadiego *in Polit. cap. 1. num. 8.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 101. ex nnm. 6. & num. 31. cum seqq. & num. 58. cum seqq.*

3 Secundum genus est exceptionum mere peremptoriarum, illarum videlicet, quæ perimunt omne jus actoris, *§. appellantur, Inst. de excep.* ut est exceptio non numeratæ pecuniæ, exceptio doli, exceptio metus, exceptio pacti de non petendo perpetuo, & similes. De istis agit Spec. *d. tit. de except. §. dicto 3.* Angel. *in §. appellantur, ex n. 47. inst. de except.* Maranta *in prax. d. tit. de exception. n. 12.* Asinius *in prax. d. §. 13. c. 3. 4. 5. & 6.* Paz *in prax. 1. tom. 1. par. septimo temp. ex n. 1.* Muscat. *in prax. lib. 1. par. 4. gloss. peremptorias, ex n. 4.* Volanno *in Curia Philippica, 1. part. §. 15. ex n. 1.* Villadiego *in Polic. cap. 1. n. 9.*

4 Tertium genus est exceptionum anomalarum, seu mixtarum, quæ participant nuturam, tam dilatoriarum, quam peremptoriarum, & possunt opponi tam ad impediendum ingressum, aut processum litis ante ejus contestationem, quam ad elidendam actionem actoris post contestationem, ut sunt exceptio rei judicatæ, tranfactionis, litis finitæ, juxta *text. in cap. 1. de litis contest. in 6. ubi glossa, verb. Finita*, de istis agunt, easque recensent Bart. *in l. ultima, ff. pro suo, & in l. cum quærebatur 13. num. 3. ff. judicat solvi. Additio longa Alexand. ad* Bart. *in l. vir bonus 18. ff. eod.* Baldus *in l. post quam liti 4. ex num. 7. C. de pact. & in l. exceptionem 19. ex n. 1. C. de probat.* ubi etiam Salic. aliquid etiam idem Baldus *in l. peremptorias 2. C. sentent. rescin. non poss.* Paulus *in l. ait Prætor 7. num. 8. ff. de jur. jurand.* Angel. Aretin. *in §. æque, ex n. 15. Inst. de except.* Congessit quadraginta quatuor exceptiones anomalas Marian. Socin. *in capit. olim inter, ex n. 16. de litis contestat.* Enumeravit 33. exceptiones anomalas impedientes litis ingressum Philipp. Franchus *in dict. cap. 1. ex num. 18. de litis contestatione in 6.* in 43. limitationibus. Recenset totidem exceptiones anomalas, Martinus de Fano *in tract. de exceptionibus, impedientib. litis ingressum, tom. 3. tract. 2. part.* recensuit 34. exceptiones omnium copiosissime Marcus Anton. Blancus *tract. de excep. impedient. litis ingressum, tom. 3. tract. 3. par.* coacervavit 70. exceptiones, Felin. *in capit. exceptionem 12. num. 36. & 37. cum seqq.* quarundam meminit, & remittit se ad multa loca, ubi de illis agitur. De illis tractarunt Asinius *in prax. §. 13. cap. 3. 6. 7. & 9.* Maranta *in prax. d. tit. de excep. ex n. 12.* Paz *in prax. 1. tom. primo part. septimo tempore, ex num. 2.* Muscatell. *in prax. lib. 1. 4. par. gloss. perjurii, gloss. finitæ gloss. judicatæ, gloss. transactionis, gloss. petendo, gloss. & similia*, Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 58. ex n. 11.* Thusc. *liter. E. concluss. 394.* Villadiego *in Polit. cap. 1. num. 10. Scribentes in cap. 1. de litis contestat. in sexto.*

Quod attinet ad exceptiones mere peremptorias (ut 5
incipiamus à faciliori resolutione) illæ opponendæ sunt post litem contestatam, & nullo modo sunt decidendæ ante diffinitivam: nam diffinitiva super ipsis ferenda est, qua tota lis finitur. Id aperte probat *text. in cap. 1. de litis contest. in 6.* sentit Speculat. *lib. 2. d. tit. de exception. & replic. §. dicto 3. num. 3.* Felyn. multis relatis, *in d. cap. exceptionem 22. num. 36. & ibi*, Panorm. *num. 18. de exceptionem*, Philippus Franchus *in dict. cap. 1. num. 58. de litis contest at. in 6.* Salic. *in leg. exceptionem 19. num. 19. C. de probat.* Maranta *in prax. d. titul. de exceptione num. 13.* Paz *in praxi dict. 7. temp. num. 4. & 8.* Quod adeo verum est, ut Doctores isti dum loquuntur de exceptionibus mixtis, tamen si multi confundant tractationem earum cum doctrina de mere peremptoriis, tamen cum illæ opponuntur in vim peremptoriarum, dicant earum definitionem reservandam esse in tempus diffinitivæ, ac per eam esse determinendas, non ante.

Quod vero pertinet ad dilatorias, regula est, esse op- 6
ponendas ante litis contestationem, non post, *l. ult. C. de except. l. ita demum. 13. C. de procurat. l. exceptionem, 19. C. de prob.* Et omittendo earum allegationem videtur illis renunciatum, *cap. inter Monasterium, de re judic.* Hanc regulam tradit Felyn. *in dicto cap. exceptionem 12. ex n. 7.* cum tredecim limitationibus, ubi vide *de exceptis*. Asinius *in prax. d. §. 13. cap. 1. num. 17. & 18. & cap. 8. num. 4.* Ampliationes autem, & limitationes regulæ *in cap. 2. per tot.* Maranta *in prax. part. 6. tit. de except. ex num. 8.*

Inter has exceptiones dilatorias, illæ, quæ respiciunt 7
personam judicis, videlicet declinatoria, & recusatoria ante omnes sunt opponendæ, ne illis omissis, & procedendo ad ulteriora videatur judicis persona approbata, & prorogata ejus jurisdictio, juxta tradita à nobis *priore tit. disput. 2. quæst. 8. ex num. 991.* & notata ab Asinio *in prax. dict. §. 12. cap. 8. num. 4.* Maranta *in prax. part. 6. dict. titul. de except. num. 1.* Acacio Anton. Ripol. *variar. resol. cap. 2. ex num. 84.*

Exceptio quidem declinatoria ante omnes, etiam ante 8
suspicionem judicis, seu recusationem, proponenda est. Nam suspicio judicis objecta, & recusatio videtur præsupponere judicem competentem, cum incompetens per ipsam declinatoriam faciliter, & sine ambagibus removeatur, non per recusationem, quæ plures solemnitates requirit, propositionemque, & examen causarum, propter quas recusatur judex; notavi *superiore tit. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 794.* Sic sentit Bald. *in l. ultima, ex num. 6. C. de judiciis, & ibi Additio* Andreæ Barbatiæ, *Salicet. ibid. num. 8.* Felyn. *in cap. inter Monasterium 20. n. 4. & 6. de re jud.* Ripol. *variar. resol. dict. 2. ex n. 88. idem* Bald. *in l. exceptionem 19. n. 11. C. de probat.* & videtur esse in eadem sententia Bart. *in l. quidam consulebant 57. num. 9. & 11. ff. de re judic.* Et de hac exceptione prius etiam, & ante omnia cognoscendum est, & statim est decidenda, & determinanda, ut docet Bart. *in l. ultima, num. 5. ff. pro suo*, Bald. *in l. 1. num. 11. versic. Præterea pone, Cod. de ordin. judic.* Paul. Castr. *in l. ex quacumque 2. num. 10.*

ff. si quis in jus vocat. non ierit, & in dict. l. 1. num. 9. C. de ordin. judic. Jas. in l. ait Prætor. 7. num. 25. ff. de jurejurando, ubi ait, id procedere, etiam si exceptio ista requireret altiorem indaginem.

Et idem dicendum esse de aliis exceptionibus dilatoriis concernentibus legitimationem personæ, de quibus egi *disputatione præced.* quando scilicet quis agit nomine alieno, nam quando agit nomine proprio, quid sit servandum, dixi *dicta præcedenti disputatione*, idem docet Baldus *in l. exceptionem 19. n. 7. C. de probationibus*, Abbas Panormit. *in cap. Pastoralis 4. num. 14. de except.* Marcus Anton. Blanc. *tract. de except. impedientibus litis ingressum. n. 36.* Asinius *in prax. §. 13. cap. 8. n. 2. & §. 18. cap. 1. num. 3. & 6. & cap. 2. n. 4. & 5. & cap. 3. ex n. 2. & n. 4.* Grammatic. *dec. 65. n. 81. 83. & 84.* Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 3. part. 3. gloss. 1.* Scraderus *de feud. part. 10. in præambulis, n. 36.* ubi multos allegat, Scaccia *de judiciis, lib. 1. cap. 102. n. 3.* Salgado de Regia *protect. part. 2. cap. 18. ex num. 1. & n. 10. & 13. cum seqq. & per totum*, Rovitus *in prag. 5. n. 16. de ordine judicior.* Quod adeo verum est, ut sententia lata in causa principali, pendente, & non decisa discussione declinatoriæ sit nulla, Mastrill. *dec. 127. n. 3.* Bellon. *dec. 167. n. 2. & 3.* Imo & totus processus, Paz *in prax. 1. tom. 1. part. 5. temp. n. 36. & 37.* Gregor. Lop. *in l. 11. tit. 3. par. 5. gloss. 1.* Bald. *cons. 275. præmisso statuto Communis Veronæ, n. 1. vol. 5.* Pacianus *de probationibus, cap. 58. num. 23. cum sequentibus, & num. 35.* Quoniam proposita declinatoria revocatur in dubium potestas judicis, & donec declaraverit se competentem, videntur esse ligatæ ejus manus, ne ulterius procedat, ut notant Paulus Mastrillus, & Rovitus *ubi supra*.

Et quamvis regulariter eo ipso, quod judex procedit ad ulteriora, videatur exceptiones oppositas à partibus rejicere, *cap. ex part. M. 67. de appell. & ibi* Bald. *n. 12.* Zabarel. *n. 1.* Panorm. *n. 2.* Ancharan. *n. 3.* Imola *n. 4.* Philipp. Franc. *n. 4. & 5.* Decius *ex n. 8. ad 11.* Hippolyt. de Marsil. *in l. si quis ne quæstio, n. 83. ff. de quæst.* Vantius *de nullitatib. tit. 11. quibus modis sententia nulla defendi possint, n. 9.* Ant. Gabr. *lib. 2. commun. tit. de exceptionibus concl. 1. ex num. 1.* Scraderus *ubi supra, n. 39.* Menoch. *de præsumption. lib. 2. præsumption. 64. num. 10.* Asinius *in prax. §. 18. cap. 6.* Bacianus *dict. cap. 58. n. 22.* Felin. *in cap. suborta 21. n. 4. vers. Ad idem, de re judic.* Tamen hæc regula locum non habet cum proponuntur exceptiones respicientes personam judicis, aut defectum jurisdictionis, nam debent expresse determinari, ut docet Paul. Castrens. *ubi supra*. Anton. Gabriel. *dict. concl. 1. num. 3. & sequentib.* ubi multos allegat, Scraderus *dict. n. 39.* Natta *cons. 271. num. 3.* Menoch. *dict. præsumpt. 64. num. 2. cum sequentibus*, ubi adhibet quatuor declarationes, Carrocius *de exception. except. 22. quæst. 8. n. 3.* Rovitus *ubi supra*, Felin. *in dict. capit. suborta, ex num. 6. de re judic.* Neque item locum habet regula cum opponuntur exceptiones respicientes legitimationem litigantium, ut notat Hippolyt. de Marsil. *ubi supra, num. 84.* Vantius *num. 10.* Scraderus *d. num. 39.* Perez de Lara *de anniversa. & capel. lib. 2. cap. 10. ex num. 63.* Et idem universim censendum existimo, quandocumque opponitur quælibet dilatoria, quæ si locum habeat, reddit judicium retro nullum, ideo enim statim est decidenda, & non in fine litis reservanda, ne judicium reddatur eluforium, dum judex frustra ulterius procedit, & reus inutilibus sumptibus vexatur, quam rationem præsensit Gregor. *in l. 5. tit. 10. par. 3. gloss. 1.* Nisi quod similes dilatoriæ opponi possunt, non solum ante litis contestationem, sed etiam in quacumque parte judicii, imo etiam post sententiam, aut tres sententias conformes, ut notavi loquens de declinatoria fori, cum jurisdictio est improrogabilis *priore titul. disputat. 2. quæst. 7. sect. 2. num. 811. in fin.* cum multis, quos allegavi, & præter eos tradit Felinus *in dict. capit. exceptionem 12. num. 28.* post multos, quos refert, & Natta *consil. 271. num. 4.*

9 Censebitur autem judex expresse determinasse super declinatoria, si causa cognita post illam propositam interloquatur verbis generalibus, non obstantibus oppositis esse procedendum ad ulteriora, tametsi in decreto non faciat expressam mentionem de declinatoria, dicendo, declinatoriæ non esse locum, vel remissioni petitæ, ut animadvertit Menochius *dict. præsumpt. 64. num. 5. post* Felinum *in dict. capit. suborta, num. 6. versic. Tertius casus, de re judic.* Antonius Butrius *in capit. super literis 20. num. 37. in fin. de rescriptis, ubi* Imola *num. 12.* Angelus *consil. 200. in civitate Lucana num. 2.* Pacianus *de probationibus, lib. 1. cap. 58. num. 24.* atque ista forma decreti sub verbis generalibus in hoc Regno Neapolitano fæpissime est in usu.

Regulariter de ista exceptione declinatoria potest cognoscere judex, coram quo opponitur, ad quem pertinet determinare, an sua sit jurisdictio, *l. ex quacunque 2. in princip. ff. si quis in jus vocat. non ierit, l. si quis ex aliena 5. de judiciis, ubi glossa, & Doctores Canonistæ in cap. super literis 20. de rescriptis*, ubi Panormitan. *ex n. 10.* Butrius *ex num. 37.* Imola *ex num. 12.* Felin. *ex num. 18.* Corsetus *in fin. regularib. verb. Jurisdictio 1. sub n. 149.* Bart. *in l. de jure 37. in princip. n. 1. ff. ad municip. & de incol.* Scaccia *de judiciis, lib. 1. cap. 101. n. 26. cum sequentib.* Grassis *de exceptione 18. num. 9.* Afflictis *decis. 354. num. 15. cum sequentib.* Barbosa *in dict. l. si quis ex aliena, ex num. 111.* Thuscus *liter. I. concl. 414.* Cabedo *dec. 31. 1. par.* Aviles *in cap. 3. Prætorum, verb.* Abogados, *num. 12. paulo post medium*, Ponte *decis. 33.* Gratianus *regul. 123.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 4.* Valenzuela *cons. 52. num. 23. cum sequentibus, & cons. 200. ex num. 53.* Apud quos videbis limitationes prædictæ regulæ, & casus in quibus judex non potest, an sua sit jurisdictio, cognoscere. 10

Exceptio recusatoria, ut ad eam veniamus, ligat etiam manus judicis, ne possit post ejus objectionem ulterius procedere, aut saltem non debeat. Nam an acta facta à judice recusato sint nulla, controversia magna est inter Doctores, ut refert Tuscus *liter. S. concl. 913.* Bovadilla *lib. 3. Polit. cap. 8. ex n. 118.* Scaccia *de judiciis, lib. 1. cap. 101. ex n. 16.* Probabilissima quidem sententia est nullitatis vitio laborare acta facta à judice suspecto, & recusato solemniter, quam amplectitur Bart. *in l. quia poterat 4. n. 3.* Alexand. *ex n. 6. ff. ad Trebellian.* Andreas Barbatia *in tract. de Cardinalibus legatis à latere, quæst. 3. ex num. 3. & ibi num. 26.* resolvit, hanc esse veriorem opinionem Cacheranus *decis. 84. ex num. 1.* Vantius *tract. de nullitatibus, tit. 9. de nullitate ex defectu jurisd. ordinarie, ex n. 140.* Adde Bovadillam *lib. 2. Polit. cap. 21. n. 159.* ubi multos allegat, & Didacum Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordinament. colum. mihi 955. §. Præterea, & 6. dubitatur.* Azevedum *in l. 1. ex num. 8. tit. 16. lib. 4. Recopilat. Canonistas in cap. cum speciali 61.* ubi Franchus *ex num. 47. de appellat.* refert omnium opiniones. Et de jure civili antiquo, quando, & quomodo sit proponenda, & quid in ea servandum, vide textus, & Doctores *in l. qui jurisdictioni 12. ff. de jurisd. omn. judic. l. apertissime 16. Authent, si vero, l. cum specialis 18. C. de judic.* De jure Canonico, quod quoad hunc articulum in multis à Civili differt, vide *cap. causam, quæst. 17. cap. insinuante 25. cap. suspicionis 39. de offic. & potest. jud. delegat. cap. cum speciali 61. de appellation.* Scacciam *ubi supra dict. cap. 101. n. 22. & sequent.* De jure veteri Castellæ, *l. 22. tit. 4. par. 3.* & ibi Gregorium, De jure noviori quoad recusationes judicum inferiorum, *l. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recopilat.* quæ in veteri Ordinamento erant, *l. 1. & 2. tit. 5. lib. 3.* Quoad recusationes vero judicum Superiorum, *l. 1. & toto tit. 10. lib. 2. Recopil.* in veteri ordinamento, *l. 3. tit. 5. lib. 3.* Didacum Perez, & Azevedum *ad hæc loca.* Paz *in prax. 1. tom. 1. par. 10. tempore, n. 18. cum sequent. & 5. par. cap. 3. §. 12. n. 31. in fin. & 6. par. cap. 1. §. unico*, Monterroso *in practica vulgari, tract. 5. fol. mihi 82.* Covarr. *in pract. cap. 26.* Avendanum *de exequend. mandat. 2. par. cap. 23.* De jure Neapolitano, quoad usum, qui est in viridi observantia, integrum *titulum Pragmaticarum de suspicionibus officialium*, & ad omnes ejus *Pragmaticas Rovitum*, qua se satis suspitiosum ostendit, dum nimis scrupulose sensit de suspicionibus, argumento Poetæ *Horatii lib. 1. Epistolarum epistola 19. versu 945. Laudibus arguitur vini vinosus Homerus*, quare in hac materia ab illis opinionibus cavendum est, neque enim securæ sunt, nec Reipublicæ utiles, Caluppum *in praxi Sacri Consilii, par. 1. cap. 5.* Scacciam *d. cap. 101. n. 28. in fin.* Et universim de recusationibus, Marantam *in prax. 4. par. distinct. 5. n. 42. & 6. par. titulo de appellat. ex n. 25.* Rebuffum *in Const. it. Regni tom. 3. tractatu de recusationibus*, Ripol. *variarum resol. cap. 2.* Tuscum *lit. S. ex concl. 906. usque ad 913.* & Scacciam *d. cap. 101. ex n. 21.* Causas autem justas recusationis recensent diversi Doctores, Philippus Francus *in capite postremo, ex num. 20. de appellat.* enumerat quadraginta causas, totidem Maranta *in dict. tit. de appellat. ex n. 28.* Stephan. Aufrerius *nonaginta tres, in tract. de excusationibus suspectorum judicum*, Cavalcanus *dec. 28. ex num. 114. 2. part.* refert 84. causas quasi

quasi assumpsit Novarius *in pragm. 15. de suspicionib. Offic. collect. 6. n. 46.* Carrasso del Saz *ad novam Recopilationem, cap. 9. ex n. 96.* nonaginta, & una causas. Vide Farinac. *in fragmentis criminalib. lit. I. ex n. 777.* Thuscum *lit. S. conclus. 908.* Grassis *de exceptionibus, except. 24. ex n. 23.* Ripol. *variar. resol. cap. 2. ex n. 161.* Speculatorem *lib. 1. titul. de judice delegato, §. superest 7. per totum*. Apud quos late, & ad satietatem omnia huc attinentia reperies.

12 Reliqua est igitur proposita difficultas circa exceptiones anomalas, quæ opponuntur in vim dilatoriarum, & peremptoriarum, quæ impediunt litis ingressum, ut sunt exceptio litis finitæ transactionis, de quibus *in cap. 1. de litis contest. at. in 6.* & aliæ similes, quas commemorat, de jure Castellæ, *l. 1. & 11. titul. 3. part. 3.* & ibi Gregorius, quid sit agendum; an statim in ipso litis initio, & antequam procedatur ad contestationem sint determinandæ, an potius reservandæ sint ad merita causæ, seu in tempus diffinitiva.

13 Et resolutio communis est cum distinctione. Aut enim de istis exceptionibus constat incontinenti, cum opponuntur, vel offertur à reo earum probatio incontinenti, & hoc casu ante omnia sunt definiendæ, ut sopiatur lis, & ulterius non procedat, concesso eas alleganti brevi termino ad eas comprobandas. Aut non constat de illis, quia requirunt altiorem indaginem, nec possunt breviter liquidari, quia sunt intricatæ in facto, & tunc reservandæ in tempus diffinitivæ, hanc resolutionem probat *text. in leg. nam postea 9. in princip. & ibi gloss. verb. Exceptioni, ff. de jurejurand.* & ibi Bart. *num. 2. & 5.* Bald. *n. 1.* Angel. *num. 1.* Salicet. *ante num. 1.* Fulgos. *in l. ait Prætor 7. n. 7.* Paulus *num. 6. ff. eodem item text. in l. ille, à quo 13. §. si de testamento, ff. ad Trebellian.* & ibi Doctores, docet idem Bart. *in l. ultim. n. 3. & 4. ff. pro suo, & in l. cum quærebatur 13. n. 3. ff. judicat. solvi*, Baldus *in leg. post quam liti 4. n. 7. & 8. C. de pact.* Marianus Socinus *in cap. 1. n. 47. de litis contest.* Alexand. *in longa additione ad* Bart. *in l. vir bonus 18. ff. judicat. solvi.* Hippol. de Marsiliis *singulari 365.* Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 3. part. 3. gloss. 1. in fin. in l. 5. tit. 10. ead. part. gloss. 1.* Molina *de primogen. lib. 4. cap. 9. ex n. 39.* Azevedus *in l. 1. n. 33. & 34. tit. 5. lib. 4. Recopil.* Maranta *in prax. par. 6. tit. de exceptione ex n. 14.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 53. & lib. 2. cent. 1. casu 19. & casu 20. n. 4. & casu 167. & cons. 125. n. 13. lib. 2.* Tuschus *liter. E. concl. 379.* Scraderus *de feudis, par. 10. in præambulis, num. 36.* Gratianus *discept. forens. tom. 1. cap. 160. ex num. 1.* Surdus *cons. 252. ex n. 9.* Valenzuela *cons. 68. ex n. 52.* Cancer *variar. resolut. part. 3. cap. 17. n. 22.* Salgado *de Regia Protectione vi oppressorum, part. 2. cap. 18. ex 45. & ex n. 62.* Asinius *in praxi, §. 13. cap. 3. num. 6. & §. 18. cap. 3. ex num. 1.* Paz *in prax. 1. tom. 1. par. 7. tempore, n. 4. & 5.* Muscatell. *in prax. lib. 1. par. 5. gloss. reservatis ex n. 20. ad 25.* Franciscus Marcus *dec. 418. num. 8. 1. part.* Afflictis *decis. 52. & 63. & in Const. Exceptione filiationis, num. 8. & 9.* Capicius *dec. 10. num. 19. & 20.* Franchis *decis. 289. num. 4.* Marius Giurba *dec. 21.* Mastrillus *decis. 8. ex num. 5. & 6.* Trivisanus *decis. 2. lib. 1.* insignis Riccius amicus noster *collect. 1519.*

14 Amplia prædictam resolutionem, ut idem prorsus servandum sit, quoties opponuntur exceptiones dilatoriæ tertii generis ex illis, quas supra enumeravimus, *num. 2.* videlicet illis, quæ respiciunt merita causæ, ut est exceptio de non petendo temporalis, aut exceptio ante diem agis, & similes. Quas quamvis sint dilatoriæ, inter anomalas enumerari à Doctoribus adnotavit Marcus Antonius Blancus *tract. de except. impedimentibus litis ingress. num. 118. in fine*, de quibus quandocumque constiterit reus est absolvendus ab observatione judicii: De duobus enim aliis dilatoriarum generibus, videlicet quæ respiciunt personam judicis, & litigantium quid sentiendum sit, & servandum, cum opponuntur, diximus supra, *num. 8.* Quare solum restant exceptiones dilatoriæ istius tertii generis, de quibus possint intelligi quæ Doctores dicunt.

15 Dixi, *quando exceptiones sunt intricatæ in facto* esse reservandas, nam si sunt intricatæ, & dubiæ solum in jure non esse reservandas, sed statim decidendas interim suspenso processu causæ principalis sentiunt Bald. *in d. leg. post quam liti 4. n. 8. C. de pactis, & in l. ancille 12. n. 2. C. de furt. & serv. corrup.* Alexand. *in additione ad* Bart. *in l. vir bonus 18. ff. judic. solvi.* Marianus Socinus *in cap. 1. n. 25. & 26. de litis contestatione*, Marcus Antonius Blancus *tractatu de exceptionibus impedientibus litis ingressum, n. 102.* Philippus Francus *in cap. 1. num. 18. limitat. 11. de litis contestat. in 6.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 53. n. 4. & 5.* Mastrillus *decis. 8. ex num. 7. & n. 20. circa finem, vers. Licet in alia causa*, Salgado *de Regia Protectione vi oppressorum 2. part. cap. 18. ex num. 50.* Ratio est, quia super disputatione juris non requiritur ordo judiciarius, & una semper debet esse apud judicem determinatio. Confirmatur, quia lis, in qua solum de jure dubitatur, non de facto, quod certum est, & de quo partes conveniunt, expeditur nulla concessa dilatione; termino enim solum eget dubium super facto, quod in termino liquidatur juxta doctrinam Innocentii *in capit. cum inter R. 16. num. 3. vers. Sed dic, quod ubicumque, de elect.* quam sequuntur, & approbant Anna *singulari 470.* Franchis *dec. 221. n. 12.* Rovitus *in Pragmat. 7. num. 12. de ord. cogn.* Mastrill. *dec. 217. num. 5. & 17. & 18.*

Contrariam nihilominus sententiam, quinimo exceptionem in solo jure dubiam, intricatam, & difficilem, posse in finem litis reservari, tanquam requirentem altiorem indaginem, amplectuntur Angelus Aretinus *in §. bonæ fidei, num. 6. institut. de actionib. & in §. æque, num. 16. institut. de except.* Bartolom. Socinus *cons. 59. num. 2. & 3. lib. 3. & in Rubr. num. 1. 2. & 3. ff. de rebus dubiis*, Capicius *decis. 10. num. 19. & 20.* Franchis *decis. 289. num. 4.* Castillo *decis. 124. n. 9. lib. 2.* Mastrillus *decis. 8.* Surdus *cons. 252. num. 10. & 11. lib. 2.* Natta *cons. 151. num. 2.* Ratio est, quia dubitatio juris æquiparatur dubitationi facti, & quamvis juris determinatio certa sit, quod attinet ad rerum naturam, tamen si quatenus ad hominis intellectum applicatur, lex dicitur esse dubia propter varias Doctorum opiniones, tractat optime Argelius *de acquirenda possess. quæst. 2. artic. 4. per tot.* notat Mastrillus *decis. 217. num. 19.* 16

Verum est, Menochium *ubi supra, dicta quæst. 53. num. 9. & 10.* satisfacere istis rationibus probabilissime. Quapropter existimo primam sententiam veriorem de jure: verum secundam magis accommodatam ad usum: convenientemque judicum ignaviæ, & socordiæ, qui decisiones dubias semper procrastinare, & differre solent, quia exosum habent studiorum laborem. Nec mirum, cum ejus laboris, & officii strenue, & studiose executi nullum expectent præmium, nullum fructum consequantur in hac vita, futuræ autem, utinam simus memores. 17

Addendum item est omnes exceptiones emergentes, quæ respiciunt processum, non merita causæ, ut exceptio brevitatis dilationis, an testes sint recipiendi, vel ne, & similes, statim, & ante omnia esse decidendas, & super illis interloquendum tacite, vel expresse, nam nisi hoc fiat, negotium principale non potest expediri. Et ideo non esse reservandas in tempus diffinitivæ, docet Innocentius *in capit. cum inter R. 16. num. 2. vers. Si vero quæstiones, de electione, gloss. 1. in cap. 1.* & Abbas Panormitan. *ibi n. 11. de ord. cogn.* Bart. *in l. de qua re 74. in princ. ff. de judiciis, post gloss. ibi* Paulus Castrens. *in l. 1. n. 9. C. de ordin. judiciorum*, Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 3. par. 3. gloss. 1. in fin.* Asinius *in praxi, §. 18. cap. 3. n. 3.* Muscat. *in prax. lib. 1. par. 5. gloss. reservatis, ex n. 31.* Afflictis *in const. Si civiliter agens, n. 14. versic. Decimo, & ultimo nota*, Tepatus *in compendio variarum, tit. 115. vers. Quando quæstio*, Menoch. *cons. 367. ex num. 1. lib. 4.* qui alios allegat, adde eundem *de arbitrar. lib. 2. cent. 2. casu 167. per totum*, & Amendolam ad Franch. *decis. 513. num. 2.* Nattam *cons. 138. n. 28. tom. 1.* Paul. Castrens. *cons. 281. num. 5. lib. 1.* & iterum *in l. qui prior 29. num. 3. in ultima oppositione, ff. de judiciis*, Angelum *ibidem, num. 2. circa finem, versiculo Quandoque vertitur*, Pacianum *de probation. lib. 1. cap. 58. n. 19. cum seqq.* Bald. *in Auth. habita, num. 72. C. ne filius pro patre, & text. in cap. exhibita 19. de judiciis*, tandem Bart. *in leg. ait Prætor 7. in principio, num. 5. ff. de minor.* ubi ait, quod etiam si judex ulterius procedat, & non pronunciet super exceptione emergenti, judicium non annullabitur, quod probat *ex text. ibi, & in cap. ex part. 67. de appellat.* Tametsi ego, ut verum fatear, non video, quomodo hæc Bartoli assertio ex prædictis textibus probetur, & contrarium videtur docere idem Bart. *in l. 1. num. 7. & 8. Cod. de ordine judicior.* 18

Quando vero dicantur exceptiones probari incontinenti, & quod temporis spatium significetur per hanc vocem, incontinenti, dissentiunt Doctores. Nam Bart. *in l. ult. n. 5. ff. pro suo*, existimat accipiendum esse verbum, *Incontinenti*, in hoc casu ut dicitur *in l. si is à quo* 19